



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ  
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1681**

xliii [i.e. i]. Angelos dari est de fide, ratione non nisi probabili suadetur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

## DISSERTATIO QVARTA

*De Deo & Angelis.*

I. **A**ngelos dari, etsi de fide sit, ratione tamen naturali ad summum probabiliter solum suaderi potest ex mirabilibus energumenum effectibus, quamvis & hi animabus separatis adscribi possent. Definatur Angelus, quod sit *substantia spiritualis* (id est, incorporea & immaterialis) *completa simplex* (unde tamē non dicitur actus purus; etsi enim integraliter & essentialiter sit incompositus, datur tamen in eo compositio ex subjecto & accidentibus, nimirum ubicatione, cognitione, gratia &c. imò ex natura & subsistentia) *intellectiva* (radix enim intellectivitatis juxta D. Thom. est spiritualitas) *ex natura sua incorruptibilis.*

II. Non repugnant Angeli specie inter se distincti; non enim videtur Deus minùs communicativus sui in ratione spiritus, quàm in ratione corporis, quorum plurima specie distinguuntur. Imò dari de defacto plures sic distinctos, suadetur ex potentia & eminentia inter demones diversitate, utpote quæ

u 3

nequē